

1421 (Nat.), 20 février – Aversa (Château).

Louis III, roi de Jérusalem et de Sicile, duc d'Anjou, etc., en réponse à la supplication d'Ambrogio, Antonio et Giovanni Grimaldi, et en récompense de leurs services, leur confirme la propriété de la baronnie de San Demetrio¹ en Calabre, occupée par des rebelles, que leur aïeul Carlo Grimaldi avait acquise de Vinciguerra Grimaldi, et mande à son conseiller Francesco Zurulus, comte de Montisauri, logotaire et protonotaire de Sicile, d'expédier les lettres de mise en possession de cette baronnie.

- A. Original sur parchemin, signé de la main de Louis III (*cum proprie manus subscriptione*), ainsi que par le secrétaire Nicolas Perrigaut, et par Thomas Guerini², jadis scellé d'un sceau plaqué en cire rouge. Monaco, Archives du Palais, Archives secrètes, A 19, n°4.
- a. Saige (Gustave), *Documents historiques relatifs à la principauté de Monaco depuis le quinzième siècle, recueillis et publiés par ordre de S.A.S. le prince Charles III, 1, 1*, Monaco, Imprimerie du gouvernement, 1888, p. 16-17, n°IX (édition partielle).

Ludovicus tertius, Dei gratia rex Jherusalem et Sicilie, dux Andegavie, etc.^(a). Significamus tibi, viro magnifico Francisco Zurulo de Neapoli, comiti Montis Auri, logothete et protonotario regni nostri Sicilie, collateralis, consiliario et fidei nostro dilecto, quod noviter nobis, in nostro consilio, pro parte nobilium et egregiorum virorum Ambrosii, Anthonii et Johannis de Grimaldis, fratrum, civitatis Janue, fidelium, expositum extitit qualiter baronia Sancti Demetrii, cum suis iuribus et pertinentiis, situata in ducatu Calabrie, ad ipsos fratres pertinet et spectat, vigore cuiusdam conventionis inhite inter magnificum virum Carolum de Grimaldis, militem quondam, ipsorum fratrum avum paternum, et nobilem Vinceguerram de Grimaldis, tunc temporis dicte baronie dominum et possessorem pacificum, ipsaque baronia per longum temporis spatium detenta et occupata fuerit per emulos nostre maiestatis et rebelles, supplicantes humillime quatenus ipsam baroniam eisdem fratribus confirmare et de novo dare et concedere benignius dignaremur. Nos igitur, in nostre mentis acie revolventes grandia, grata, utilia et fructuosa servicia tam predecessoribus nostris quam nostre maiestati per eosdem fratres et quemlibet ipsorum prestita et impensa, que prestant de presenti et speramus ipsos in posterum prestituros continuatione laudabili de bono in melius et etiam impensuros, eisdem Ambrosio, Anthonio et Johanni de Grimaldis, fratribus, dictam baroniam Sancti Demetrii, de nostra certa scientia, gratia speciali et liberalitate mera, ac cum nostri consilii deliberatione, confirmavimus et ratificavimus ac etiam eisdem de novo dedimus et concessimus, prout presentium serie confirmavimus et ratificamus, etiamque de novo damus et concedimus, tue propterea

1. San Demetrio Corone, Calabre, Italie.

2. L'encre des signatures du duc et de Thomas Guerini est de la même teinte, distincte de celle de Nicolas Perrigaut et du texte.

mandantes fidelitati quatenus ad ipsorum fratrum, vel alterius eorumdem, aut suorum nuntiorum, primam requisitionem, fieri et expediri facias nostras letteras cum clausula qua, amoto abinde quolibet illicito detentore, in possessionem realem et corporalem ipsius baronie ponantur, immittantur, aut alii per eosdem destinandi debita potestate suffulti, aliis que clausulis opportunis et magno maiestatis nostre sigillo muniendas. Datum in castro nostro civitatis Averse, sub nostro secreto sigillo, cum proprie manus subscriptione, die vicesima mensis februarii, quatuordecima indictione, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

Per regem, magno senescallo, domino Johanne Chapperon, Anthonio Hermenterii, cum aliis presentibus.

(Signé :) Ludovicus rex. Perrigaut. Guerini.

^(a)etc] sic A.

Édition : Olivier Mattéoni et Jean-Damien Généro.

Ce document PDF a été compilé en juillet 2024 dans le cadre du programme de recherche public « Actes princiers au royaume de France (XIV^e-XVI^e siècle) », porté par le Laboratoire de médiévistique occidentale de Paris (UMR 8589 CNRS-Université Paris 1 Panthéon-Sorbonne) sous la direction scientifique d'Olivier Mattéoni, professeur des universités (Paris 1), et dont les partenaires sont le Laboratoire d'Excellence « Histoire et anthropologie des savoirs, des techniques et des croyances » (LabEx hastec), le Centre Jean Mabillon (EA 3634/ École nationale des chartes), le Centre de recherches historiques (UMR 8558/ CNRS-EHESS) et les Archives nationales de France. La transcription et l'appareil critique du présent acte sont mis à disposition sous [Licence Ouverte V 2.0](#).

Pour plus d'information, consultez le site Actes princiers (actesprinciers.huma-num.fr).